





1. Wittenbergensis theologiae facultatis
refutatio libelli Calviniani
de Coena Domini, Wittenb.
1597.
2. Gernerii s. Salom. s. Diss. de
reliquijs s. Matris Ecclesiae
Romanae, Wittenb. 1597.
3. _____ Diss. de uno et
trino Deo, Wittenb. 1593.
4. Lelij s. Laur. s. Theses de
sacramento Coenae Domini.
Wittenb. 1596.
5. Runzj s. Dav. s. Diss. ex Epist.
pauli ad Romanos Wittenb.
1596.

Z

Papismi Calvinianorum XXV dogmatici,
DISPUTATIO

De
RELIOVIIS, TRABI-
BUS ET PLUMVLIS SANCTÆ MA-
TRIS ECCLESIAE ROMANÆ, QVAS
Calviniani supra annos jam Septuaginta retinent,
& adhuc venerantur,

Proposita in Academia VVitebergensi

a
SALOMONE GESNERO S. THEOLO-
giae Doctore & Professore, de qua

Respondente

M. CASPARO PAMLERO, ELECTORALI STI-
pendiario, ad diem 21 Octob: Anno 1597 publicè
suo Sēō disseretur.



WITEBERGÆ,
Typis M. Georgij Mulleri, Anno 1597.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Y
simus
tum
tere l

denst
gesit
palm

Y
falter
spher
nihil
nato
interp
pegiss
intur
virtu
tur :
paren

Y
quop



THESIS I.

Vulgare est apud græcos proverbium, κακὸν κόρα
κακὸν ὄρνιθον, malus corvus ovum non edit seipso me-
lius: & nostri homines dicere consueverunt, pomum
non procul recidere ab ipsa arbore, nec in malitia faci-
le quenquam degenerare, juxta illud Poëtæ,

*Damnosa quid non imminuit dies?
Ætas parentum peior a vis tulit
Vos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiore,*

II.

Id cum in alijs sectis, quas hostis ille Dei hominumq; abjuratis-
simus, Diabolus, ab exordio mundi excitavit, perpetuò videre fuit,
tum maximè in Sacramentariæ familiæ prolifica natione animadver-
tere licet.

III.

Abavus istius gentis patrum nostrorum ætate fuit Andreas Bo-
denstein Carolstadius, qui inter alia, quæ sine mente, sine consilio
gessit, vehementer etiam gloriatus est, se in Ecclesiæ Repurgatione
palmam haud ignobilem meruisse.

III.

Nam ut de alijs ejus egregijs facinoribus jam nihil dicam, istud
saltem præsentem in rem adducendum videtur, quòd, cum ille bla-
sphemè simul & inscitè asseruisset, carnem Christi Sacramentaliter
nihil prodesse, plenis buccis ilicò gloriatus est, se hoc suo tam inopi-
nato stratagemate, & nescio qua præterea vocis Sacramenti Iudaica
interpretatione adeo grandem & immanem Pontifici Romano im-
pegisse colaphum, ut tota illi facies sanguinis suffusione denigrata
intumuerit. Ad quòd ἀλαζόνεια, hui, hui, inquit Lutherus, macte
virtute, eruca, parente enim nata es, Vermiculo, qui olera depalci-
tur: id innuens, non degenerem esse ejus jactantiam & superbiam à
parentis omnium mendaciorum impudentia.

Carolo-
stadij glo-
riatio de
strage in-
ter ponti-
ficios edi-
ta. Luth.
tom. 2.
VVit.
f. 58.

V.

Hoc itaq; ἰδιωμα hæreditario veluti jure in se derivatum hodie
quoq; nepotes ejus Calviniani obtinent, ut nuspiam non se ostentent



& magnis verborum ampullis gloriantur, quantas clades et quot (im-
mane) mortes Pontificatui intulerint.

VI.

Interim verò res illorum gestas intuenti apparet, quod usque
adeo Papatum non interemerint, isti, qui à caluariae campo, ubi
Christus crucifixus est, nomen adepti sunt, Thraiones, ut ille nullibi
luculentius vivat, quàm ipsorum in animis & libris, ita ut Papa-
tus anima per *μετεμψύχωσιν* quandam in Calvinismum, tanquam
Euphorbum transiisse videatur.

VII.

Mirum hoc dictu, mirum auditu est, inquis? At ego dico &
dictum comprobabo: tu paulisper saltem animum adverte, qui hæc
scire cupis, paucis rem expediam.

VIII.

Nolo nunc in alia inquirere scrupulosius, quæ illi passim
nostris carpunt, vnicum est, de quo in præsentî disputatione agere
decevi, quod nimirum illi sub inde nostras Ecclesias accusant & pu-
blicis in scriptis traducunt, quasi nos *ἁγιοκρατείαν* pontificiam, impi-
um dogma operis operati, imaginum idololatricum cultum & in-
numeras alias è pontificatu reliquas stipulas ac quisquiliâs nondum
expurgassemus, sed retineremus & defenderemus.

IX.

Apologiam istius criminationis iam non meditor: cum à mulo-
tis & multoties dicitur istius vanitas in ventum displosa sit, & scri-
pta nostrorum tum *δογματικά* tum *ἐλεγκτικά* contrarium meridiana
luce clarius ostendant, ac querelarum istarum falsitatem abundè co-
arguant.

X.

*Proposi-
tio.* Illud autem est, de quo nunc differere constitui, quod videli-
cet Sacramentarij, dum festucas per calumniam nobis affictas nostris
ab Ecclesijs remove conantur, ingentes pontificalium errorum
trabes suis in oculis, libris, disputationibus, Ecclesijs oscitanter ne-
gligant, & coram toto mundo superbè jactitent.

XI.

Duorum illæ sunt generum, aliæ quidem dogmaticæ, aliæ ve-
rò practicæ. De dogmaticis nunc dispiciemus, de practicis alio tem-
pore paulo post *σω δεῶ* acturi.

Pri-

PRIMVS PAPISMVS
CALVINIANORVM.

XII.

Prima trabs pontificia, quam Calviniani suis in perspicacibus illis ocellis circumportant, est de vera & genuina sacrae scripturae interpretatione.

I
Contemptus
S. script.
re.

XIII.

Pontificiorum ea de re hęc sunt axiomata: Scriptura non est tam aperta per se, ut sine explicatione sufficiat ad controversias fidei terminandas. Et VVormatiense colloquium hoc prætenu dissipatum fuit, quod sacrificuli clamitabant: Scripturam esse materiam litis, ideoq; iudicem controversiarum constitui non posse. Et noti sunt Iesuitarum boatus, quod scriptura sit litera mortua, cereus nasus, & his similes.

Bellarminus
primæ con-
tr. gen. li
bro 1. cap. 10.

XIV.

Toridem pene verbis hęc asserunt Calviniani in controversia de sacrosancta Domini cœna. Etsi enim alioquin, cum in genere de scriptura differitur, ipsi quoq; contra pontificios pugnant & vehementer asseverant, scripturam per se satis esse dilucidam, perspicuam & solum omnium de Religione controversiarum iudicem: Attamen cum ad partem istam scripturę, quę de eucharistia agit, ventũ est, tendunt, verba Christi, quibus sacram cœnam instituit, esse obscura, ambigua, & proinde explicatione indigere tum ex alijs scripturę locis adscita, tum ex Antiquitatis sententia depromta.

Calvinia-
ni in arti-
culo sacrae
cœnae
nolunt
scriptu-
ram pati
iudicem.

XV.

Sic enim P. Boquinus Sacramentariae gentis patriarcha haud ignobilis scribit: Non nova, sed vetus, non insolens, sed usitata, non catholicorum sed hæreticorum consuetudo est, vni atq; alteri voculae alioqui primo aspectu clarę pertinaciter inniti. Et mox subiicit: vt certò cognoscamus, quænam sententia atq; interpretatio verborum Christi, de quibus quærimus, amplectenda, retinendaq; sit, **NON SOLA ILLA VERBA**, quæ dum mysterium hoc institueret pronunciaſſe traditur, cogitanda atq; expendenda sunt. Quantumvis certè ea clara expressaq; esse videantur, certa tamen dijudicatio ex **HIS SOLIS** peti & haberi nequit. Idem sentit Petrus Martyr locorum communium classe quarta, cap. 10. artic. 32. Non itaq; semper dicant nobis, plana hęc scriptura, Hoc est corpus meum: Quia respondēbimus eis, plana est, quo ad significationem vocum: sed earum sensus non est planus.

P. Boquinus
in canonibz
quibus de-
fenditur
ἀλάφοια,
can. 3. l.
34. 35.

A 3

16 Idcir-

XVI.

Strigelius in
epistola ad
V. Vilibaldū
Rāb. cum
edita Peze-
ljo in 4. par-
te locorum
Strigelii.
fol. 132.

Scriptura
sinistro o-
culo aspi-
cienda.

Idcirco Victorinus Strigelius scripsit: Quemadmodum Hippo-
crates præcipit, ut medicus dextro oculo ad naturam, sinistro ad ar-
tem respiciat: Ita ego tibi hortator sum, ut & verba cænæ accuratè
consideres, & animo ac cogitatione conversus sis ad totum corpus
doctrinæ Christianæ. Per corpus autem doctrinæ Christianæ intelli-
git dogma Calvinianū de locali corporis Christi in cælo inclusione,
de Majestatis Christi hominis abnegatione, de Sacramentorum Ve-
teris testamenti cum Sacramentis novi confusione, deq; alijs funda-
mentis, quibus perdita Sacramentariorū causa malè suffulta est, ut ibi-
dem prolixè suam mentem exponit. Vnde liquet istum Calvinianæ
sectæ patronum velle, ut sinistro oculo verba, quibus cœnam Chri-
stus instituit, aspiciamus, dextrum autem oculum in consequentias &
ratiunculas Sacramentarias defixum habeamus.

XVII.

Lutherus in
parva Con-
fess. part.
priori.

Num dissimilia hæc sunt illis Schuenckfeldij vocibus, qui dice-
bat, verba Christi, hoc est corpus meum, removenda esse è conspectu,
illis enim spiritualementem intellectum impediri.

XVIII.

Calviniani
verba in-
stitutionis
è conspe-
ctu remo-
vent.

Cumq; nos unà cum Præceptore Luthero τὸ ἄνωμ verborum cœ-
næ constanter urgemus, & verè asserimus, dijudicationem istius con-
troversia non aliunde, quam ex ordinaria sua sede, id est, è dispositi-
vis Testamenti Dominici verbis peti vel posse vel etiam debere, in-
scitiam & imprudentiam nobis obijciunt.

XIX.

P. Martyr in
dial. de nat.
hum. Christi
fol. 127.
fac. b.

Martyris hoc est, quo verborum Christi accuratos custodes per-
stringit: Semper mihi vili estis minus, quam par est sapere, cum pro
dogmate æquè absurdo ac inutili sic laboretis, nec pro eo tuendo
quicquam habetis, NISI CHRISTI TO PHTON, hoc est cor-
pus meum.

XX.

Admonit.
Neost. de lib.
Concord.
pag. 97.

Verba,
Verba,
Verba
Christi.

Ac quemadmodum sacrificulus ille per contemptum dicebat;
quid mihi tu objicis BIBLIA, quid BABLIA, quid BIBLIA,
quid BABLIA: Ita admonitio Neostadiensis nobis quoq; illudit
hoc pacto scriptitans: Contra verò illi postquam diu VERBA,
VERBA, VERBA Christi sonuerunt, cum urgentur, ut reddant
rationem suæ glossæ, confugiunt ad ubiuitatem,

21. Et



XXI,

Et compilatores Orthodoxi consensus non verentur manifestum ab usum Verborum Christi criminari, quando nos firma fide illis solis insistimus. Sic habet illorum cavillus: Manifestus abusus Verborum Cœnæ, in probando eo, quod ex verbis in quæstione vel controversia est.

Orthodox.
Consens.
cap. 7.
f. 161. p. 2.

XXII,

Quapropter omnes in id nervos ingenij intendunt, ut homines à Verbis Christi planis & perspicuis, ad sua sophismata, & suo è cerebro natam δὲ λόγῳ abducant. Fixū enim apud illos firmumq; est, quod Orthodoxus (cacodoxon potius dixeris) consensus autoritate prætorica contra Domini Verba statuit: Non oportet simpliciter intueri Verba Christi: Hoc enim est carnaliter intelligere: Sed aliud quidpiam cogitare, & interioribus oculis ea aspicere tanquam mysteria. Nam hoc est spiritualiter intelligere.

Calvinistæ
homines a
simplicitate
Verborum
Christi abdu-
cere conans
tur ad sua
sophismata,
Orthodox
Consens.
cap. 5.
f. 151 ex
Euthymio ist
caput 6. 102
Irenæus.

SECUNDVS PAPISMVS
CALVINIANORVM.

XXIII,

Altera trabs Pontificia priori affinis est, qua iudicium & censura de obortis in Ecclesia controversijs non ad tribunal scripturæ remittitur, sed ad concilium generale & Orthodoxum (ut loquuntur) patrum consensum refertur.

II,
Provocatio ad Synodum & concilium generale.

XXIII.

Papicolarum hæc est regula: Iudicium veri sensus scripturæ & omnium controversiarum statuimus esse Ecclesiam, Patres & Concilia,

Bellarminus
contr. 1. ge-
nerali lib. 3o
cap. 1.

XXV.

Cum qua consentit concilij Tridentini decretum: Præterea ad coercenda perulantia ingenia Sacrosancta synodus decrevit, ut nemo suæ prudentiæ innixus in rebus fidei & morum ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium sacram scripturam ad suos sensus contorqueat, aut contra eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cujus est iudicare de vero sensu & interpretatione sanctarum scripturarum, aut etiam contra Vnanimem consensum Patrum ipsam scripturam interpretari audeat.

XXVI,

Quod Calviniani alioquin, quando contra nostrarum Ecclesiarum

IURIS

ippo-
ad ar-
curatè
corpus
ntelli-
sione,
m Ve-
funda-
ur ibi-
inianæ
Chri-
tias &

ni dice-
spectu,

um ces-
us con-
positi-
ere, in-

des per-
um pro
tuendo
est cor-

dicebat;
BLIA,
illudit
RBA,
reddant

21. Et



rum Confessionem pugnant, libertinam sibi sumant licentiam interpretandi vel potius corrumpendi scripturas libenter fatemur, & res ipsa loquitur. Quando verò nos in controversia Sacrae Cœnæ (de cæteris jam taceo) ad calculum & arbitrium Sacrae scripturae provocamus: continuo excipiunt & dicunt, nostram sententiam nondum in universali Synodo comprobata nec suam opinionem in concilio legitimè cognitam & damnatam esse: Habere se à suis partibus consensum totius antiquitatis, Patrum & conciliorum.

XXVII.

Ioan: Sturm:
in Antip.
f. 197.

Ne injuriam illis facere videar, verba ipsorum recitabo. Sturmius etenim affirmat, Calviniani dogmatis damnationem esse differendam, donec in justa Synodo ex delectis viris constituta de ea disceptetur.

XXVIII.

Sturmius nō
vult Calvinistas
aut Stenckfeldistas
aut Iesuitas
damnari ante
quam in Oecumenico
concilio causa
singulorū
cognoscatur.

Adeoque porrò hac sua lege νομοθέτης iste liberalis est, ut Schuenckfeldij quoq; patrocinium suscipiat & disertis ibidem Verbis prohibeat Stenckfeldiana deliria damnari, eo quod illorum causa in Concilio nondum sit cognita.

XXIX.

Sturm: ibid:
pag. 230.

Neve existimemus alio illū sensu hæc scripsisse, quā quo Pontificij concilia flagitant, interpretationem addit Papistis planè consentaneam & summo opere exoptatam: Negat enim insuper Pontificios damnandos esse, quia decretum Imperij vetet damnari ante generale aut nationale Concilium.

XXX.

Præfatio Orthodoxi consensus.

Sed excipere possent contra Sturmij assertionem, quia homo unus, quia Rhetor: Ab Orthodoxo autem suo consensu non excipient opinor. Sic igitur in Apologetica præfatione Ecclesias omnes repurgatas in Germania alloquuntur: Quid injustius, quàm pro hæreticis proclamari eos, qui nunquam causa legitimè cognita damnati sunt? imò qui huc usq; nunquam obtinere potuerunt, ut controversia hæc in PUBLICO CONVENTU dijudicaretur. Et deinde pagina altera: Arrianorum & Eunomianorum hæresis cum blasphemia conjuncta est, & tamen non solum in Synodo Nicæna, sed Sardica quoq; & in alijs Orientalium Synodis, causa denuò cognita, eorum impietas damnata est &c. At nos, qui nullam blasphemiam (scilicet) aut seditiosa dogmata defendimus, non tantum possumus ab adversarijs nostris impetrare, ut causa nostra vel semel legitimè & benè cognoscatur,

31. Quod

XXXI.

Quod verò patribus majorem quàm Christi verbis authorita-
 tem deferant ex istis ejusdem præfationis verbis liquidum est: Cæte-
 rum ne quid dissimulemus, fatemur nobis cum illis controversiam
 esse de sensu verborum Christi, quibus hic in Cœnæ suæ institutione
 usus est, de pane dicens: *Hoc est corpus meum*: & de poculo sive vi-
 no, *Hic est sanguis meus*. In his adversarij τὸ ἑκτόν sive literam urgent,
 & panem atq; vinum verè, realiter, corporaliter, essentialiter & sub-
 stantialiter ipsissimum Corpus & Sanguinem Christi esse conten-
 dunt, & Tropum sive Figuram omnem excludunt. Nos autem lo-
 cutiones Sacramentales esse dicimus, quibus proprium sit, ut signa re-
 rum signatarum nominibus appellentur: Itaq; panem Christi corpus,
 & vinum sanguinem dici, non realiter aut essentialiter, sed suo modo
 nimirum Sacramentali. Id vero non primi nos finximus, sed ante
 nos & præceptores nostros idem olim Patres Orthodoxos sensisse &
 docuisse, omnes norunt, qui ipsorum scripta vel à primo limine salu-
 tarunt. Et paucis quibusdam interjectis ejusdem paginæ: Clamant
 quidem adversarij nostri ad ravim usq;, verba Cœnæ Dominicæ esse
 clara, diserta, perspicua, & rotunda, & per verbum substantivum, est,
 figuram sive tropum omnem excludi. Quod verò nos cum Patribus
 præcisis & Orthodoxis potius sentire & loqui volumus, quàm cum il-
 lis, qui in nobis hos quoq; insolenter damnant, multis & gravibus
 causis movemur: quas ut diligenter expendere dignemini, iterum
 rogamus.

*Calvinianè
 plus dese-
 runt patri-
 bus, quàm
 scripturæ.*

*Ibidem in
 præfa. Or-
 thodoxi
 consens.*

*Calvinia-
 ni tropum
 statuunt
 in verbis
 institutio-
 nis.*

XXXII.

Ejusdem genij & generis est, quod Peucerus suo de Socero re-
 fert (verum an falsum scribat, ipse viderit) quanti autè Peucerus faciat
 Patrum in hac parte calculum nos inde intelligimus, dum veritatem
 in controversia sacrae cœnæ non aliunde, quàm ex illorum monu-
 mentis, indagari posse existimat. Sic enim habet: Affirmabat P. M.
 sæpissimè, se in nullo articulo in controversijs omnibus plus operæ
 & studij posuisse, quàm in hoc: nec de ullo, quid verè senserit sine-
 rior antiquitas certius pervestigasse, nec fundamenta ullius firmiora
 ac validiora jecisse, quæ certò sciat, nullas contrarias rationes, qua-
 cunq; specie vestiantur, nullam, quantumvis lubricam sophisticen,
 labefactura aut everfura esse. Intererat, ajebat, mea plurimum, ut
 certi aliquid de veritate hujus articuli mecum constituerem: quòd
 auctoritate Lutheri destituebar, imò adversantem eum habebam etc.

*Peucerus
 in tracta-
 tu histori-
 co fol. 18.
 19. 20.*

B

Anti-

am in-
 tur, &
 enæ (de
 provo-
 ondum
 oncilio
 us con-

Stur-
 Te diffe-
 le ea di-

est, ut
 Verbis
 causa in

Ponti-
 confen-
 tificios
 generale

a homo
 excipi-
 omnes
 pro hæ-
 damnati
 roversia
 inde pa-
 phemia
 Sardica
 eorum
 (scilicet)
 dverfas
 enè co-
 Quod



Antiquitatis ergo testimonia magno studio ubi conquisivisset (inquit Peucerus) sæpè Lutherum, cum animo esset hilariore, captatis occasionibus induxit in colloquium de hoc articulo.

XXXIII.

In anim-
adversio-
nibus in
novum il-
lud corpus
doctrinæ,
quod Re-
pentio seu
expositio
Augustinæ
Confessio-
nis inscri-
bitur Ge-
næ 1578

Atq; hoc rancido & obsoleto Pontificiorum commento nixi Calviniani ante annos quoq; viginti contra librum Concordiæ publica autoritate Electorum, Principum, Comitum, Baronum, & Civitatum imperij editum scribere non sunt veriti: QVIA NON CONSENSV COMMVNIS SYNODI susceptus sit, NEC DEBERE NEC IVRE POSSE A QVOQVAM, propter incommoda, quæ inde consequerentur AVT RECIPI AVT APPROBARI, MVLTQVE MINVS SVB-
SCRIBI.

XXXIV.

Calviniani
fundamē-
ta Papat9
quantū in
ipsis est
denuò cō-
struunt
verbo Dei
jampridē
diruta.
Calvinia-
næ heres-
eos pictu-
ra Apo. 13

An non hoc est Pontificiæ Tyrannidi egregiè patrocinari, an non explosa Christi & verbi ejus autoritate, quem solum Pater de cælo clamans vult audiri, patrum & conciliorum decreta stabilire, an non à Christo ad Antichristum provocare, an non lucem in tenebris quærere, an non Papatui semimortuo animam inspirare, an non universæ Canonum, sententiarum, decretorum machinæ, quæ Evangelium denuò evertatur, materiam subministrare, fundamentum ponere & firmissimam basin substernere?

XXXV.

Et num quis injuriam fecerit Calvinianis, si in illos quadrare dicat illud Apocal. 13. Et vidi aliam Bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo, similia Agni, & loquebatur sicut Draco: & potestatem prioris bestię omnem faciebat in conspectu ejus, & fecit terram & habitantes in ea adorare bestiam primam, cujus lethifera plaga curata erat.

XXXVI.

Hæc enim Calvinianorum opinio de Synodis, concilijs & Patribus haud equidem de cælo, sed de terra orta est. Nam de cælo illa vox auditur: Hunc audite: qui autem de terra sunt, illi sibi patres, magistros, doctores quærunt Matth. 23. Habet Calviniana Sphynx cornua duo, alterum quidem è philosophorum placitis, alterum è patrum sententijs utcunq; consutum: Similis videri vult

Agno,

Agno
det.
jacta
illum
instr

SEd
Jud
pita v
& in v
habea

horre
æregi
à sanis
utcun
spicien
iam ob
quasi P

in quib
penicil
vinitat

F
vina est
cumscr

Agno, qui Bestiam Romanam oppugnet, interim horrendum stridet, ut infernalis Draco, & sub fucata specie aguinæ pellis & falso jactata Evangelij professione spiritum vitalem priori bestiae inspirat, illumq; è mortuis quasi reducit, erigit, roborat, viribus & armis instruit.

TERTIVS PAPISMVS CALVINIANORVM.

XXXVII.

Sed hæc de scriptura ejusque interpretatione & controversiarum *Calvinianæ* Iudice sufficiant. Iam ad præcipua quædam doctrinæ cælestis *Geometri-* ca-
pita venio, & primum quidem in dogmate de Sacrosancta Trinitate *tris pictu-*
& invisibili Dei essentia quid cum Pontificijs Calviniani commu- *ris et figu-*
habeant ipsorum è libris producere volo. *ris utun-*
tur.

XXXVIII.

Calviniani usque adeo ab omni pictura & Imagine Dei se ab- *Calviniani*
horrere dicunt, ut illas etiam, quæ non quidem Dei *ἀόρατον, ἡ* *detestatur*
ἀπειράτιστον, ἡ ἀόριστον essentiam referant, quales ne fingi quidem *imagines*
à sanis ullæ possunt, sed quæ earum solummodo rerum simulacra *visibiles*
utcumq; repræsentent, in quibus se quandoq; Deus hominibus con- *o fingunt*
spiciendum obtulit, penitus avertentur & demoliantur. Quam et- *imagines*
iam ob causam nostras Ecclesias absq; ulla verecundia traducunt, *mentales.*
quasi Papalium superstitionum reliquias foveremus & tueremur.

XXXIX.

Sed quæro, uter Apelles magis Papizet, illene, qui res illas, in quibus se Deus humano conspectui quandoque accommodavit, penicillo utcumque delineare conatur, an ille, qui penitissimam Divinitatis essentiam suo se graphio exprimere posse opinatur?

XL.

Posteriorem ego papatui affiniorem dixerim, eo quod i. divina essentia infinita nullius finitæ figuræ & imaginis limitibus circumscribi ac coerceri potest; Vnde efficitur, ut, quo longius à veritate

B 2

tate

III.

In articulo
de Sacro-
sancta
Trinitate

Calvinianæ

Geometri-

tris pictu-

ris et figu-

ris utun-

tur.

Calviniani

detestatur

imagines

visibiles

o fingunt

imagines

mentales.

tate ejusmodi pictores abeunt, eò propius ad mendaciorum Regnum, quod Papa possidet, accedant. 2. Quia item in Papatu varias reperimus Sacrosanctæ Triados & quidem absurdissimas imagines, quæ non è Revelationum divinarum typo, sed monachorum typho emerferunt, de quibus jam non est moræ precium pluribus agere.


XLI.

Lavatherus in historia sacra-
cramenta-
ria Anni
37.

Ioachimus Vadianus consul Sangallensis in Helvetijs, qui tempore tractatæ à Bucero concordiaë sex editis voluminibus sacramentario dogmati, ruïnã illa tempestate minanti, haud imbelles fulcrum subjecit, magnæ apud Caluam gentem existimationis est. In fundamento autem & Epitome scriptorum ipsius ejusmodi reperitur Sacrosanctæ Trinitatis, nec non vnionis personalis duarum, vel potius multarum, ut Vadianus sentit, naturarum in Christo $\delta\iota\acute{\alpha}\gamma\gamma\alpha\mu\mu\alpha$ aut è circuli quadratura desumptum, aut certè è trigono Euclidis deductum.

Æterna DEI Trinitas.

Temporalis Christi incarnatio.



tanti
imper
addid
tant in
culus
& den
hic su
quintu
corpo

tur in
creatu
quã es
est Ch
vinita
reliqu
laris h
culare
non d
terent
valvu

EXa
la
que in
pius,

lis eju
Istum
oculis



XLII.

Quàm bella, bone Christe, quàm lepida, quàm arguta hæc est
tanti Mysterij ἀπόδειξις & pictura? Itaq; non pigebit brevem ἐκδεισιν *Explica-*
imperitiorum gratiâ adijcere, ob quam etiam causam τὰ γράμματα *io trigo-*
addidi, ut planior esset expositio. Quaterni circuli quaternas deno- *ni a Va-*
tant in Trinitate personas. Nam circulus a Dei patris est index, cir- *diano de-*
culus β Deum λόγον denotat, circulo γ Spiritus Sanctus innuitur, *scriptio*
& deniq; circulus δ personam Christi Θεανθρώπου repræsentat. Neq;
hic subsistit, sed vadit ulterius Vadianus in ducendis circulis, &
quintum insuper adijcit litera ε insignitum, quo hominem anima &
corpore constantem, seu creaturam indigitat.

XLIII.

Hæc sunt διδόμενα Vadiani, si ἐπόμενα inferre liberet, sequere- *Quatuor*
tur inde, primum quidem Trinitatem quatuor personis & insuper *personæ*
creatura constare: deinde Christum habere duas personas, vnam, *in Trini-*
quæ est λόγος, quæ tertium apicem Trigonum occupat, alteram, quæ *tate.*
est Christus & Θεανθρώπος, cujus respectu extra illud Trigonum di-
vinitatis in peculiari sive trigono sive tetragono versatur. Superfedeo
reliquorum examine. Digitum intendisse sufficiat. Adeo enim circu- *Circulare*
laris hæc est circulatoris istius phantasia, ut Stenkefeldius quoq; cir- *scriptum*
culare scriptum per jocum nuncupare non dubitaverit. Quid illi
non divinorum mysteriorum in rationis humanæ gyrum cogere ni-
terentur, qui divinam majestatem ejusmodi rotulis & sphaerarum
valvulis circulant.

QUARTVS PAPISMVS
CALVINIANORVM.

XLIV.

EXagitant porro Calviniani eam imaginem, qua Deus pater in sel- *Imago*
la regia depingitur & filius dextræ ipsius assidens inducitur, eam- *sessionis*
que inventum esse pontificium affirmant; de quo nihil hic dicam am- *Christi ad*
plius, quàm, puerilem eam esse picturam, ut Lutherus tradit. *dextram*
patris.

XLV.

Istud saltem scire cupio, uter gravius papizet, illene, qui ocu-
lis ejusmodi picturam offert, an is, qui mente penitus eam defigit?
Istum opinor Idololatriæ viciniorem esse: cum idololatria non in
oculis, sed in corde hæreat.

Re
arias
gines,
ypho
re.

tem
amen-
crum
unda-
ur Sa-
potius
aut
dedu-

Cre
tura

Quam



XLVI.

Atqui Calviniani licet ex oculis illas tabulas removeant, apud animos nihilominus sollicitè easdem reponunt, & quas imagines in templis destruant, ijs mentes hominum instruunt.

Calviniani imagines destruant

XLVII.

Vtra jam prophanatio tetrior, templi, an animi, utra periculorior? Illius arbitror, cujus incola divinius & in quo idolum Deo sit vicinius. Animi hospes Deus est, 1. Cor. 3. & 6. Tempia hominibus construuntur; Divina autè mens in templis manu factis non habitat. Act. 7. 1. Reg. 6. 1. par. 17.

et interim imagines destruant

XLVIII.

Qui proinde imagines Dei in sacrarium mentis inferunt, illi in adytum Deo soli consecratum deponunt.

XLIX.

Sed quinam istud faciunt? num Iconoclastæ Calviniani? haud crediderim. Cur enim securibus imagines demolirentur, si in thesaurum animi illas recondere illis esset animus? Imo vero hoc agunt, & quæ foris frangunt, intus ædificant, & in quæ bipenni sæviunt, ea ipsa calamis demulcent & pennis exornant.

L.

Operum

Beze vol. 1. pag. 601.

Dextra

Dei est certus locus.

Beza tomo 1. operum p. 589

590. in responsione ad alteram libri Brentiani partem de ascensu Domini Iesu Christi.

Ad rem venio: Calviniani enim profecto picturam patris in throno sedentis filijq; assidentis, quam securibus in templo deiciunt, libris suis in animo erigunt, Theodorus Beza ita commentatur: Idcirco hujus sessionis carnis Christi ad Patris dextram, sive longè supra quasvis etiam cœlestes creaturas excellentissimæ majestatis CERTVM LOCVM esse definimus, nempe cœlos illos summos & ineffabiles, in quos recepta est, & quibus oportet illam CAPI, dum veniat iudicatum vivos & mortuos.

LI.

Audi eundem prophetam magis etiam diserte thronum Dei explicantem hisce verbis: At enim, dicit Brentius, constat Patrem & ipsius gloriam ubiq; esse: concedo: sed ejus tamen, qui cœlum & terram replet, veluti THRONVM AC SEDEM in cœlis, cœlis, inquam, illis excelsissimis tota scriptura collocat. Et mox interjecta Tertulliani sententia perperam huc detorta subjungit: Liqueat in IIS IPSIS COELIS SEDE QVADAM STATV IDEVM, qui ubiq; est &c: & paulo post: Itaq; hinc quoq; non autem ex vbi quis

Beza tomo 1. operum p. 589

590. in responsione ad alteram libri Brentiani partem de ascensu Domini Iesu Christi.

Beza tomo 1. operum p. 589

590. in responsione ad alteram libri Brentiani partem de ascensu Domini Iesu Christi.

quitarario caelo dicitur missus à patre Filius in terras & in eosdem eos
caelos resumtus, ubi gloria & honore coronaretur.

LII.

Qui ista & his similia legit de **LOCO, SEDE, THRONO**
caelesti, ita descripto, quod sit supra excelsissimos caelos, supra illos
visibiles, ut ibidem Beza digitum intendens ait, quorum splendore
percellimur, nunquid aliud animo concipere potest, quàm splendi-
dissimum aliquem locum, & ornatissimam cathedram, ubi Deus re-
sideat & virtutem inde suam in totum inferiorem mundum diffun-
dat? Qualem ἑδραν Moderatoris universi Aristoteles sumpto exem-
plari ab Assyriorum Imperatoris, qui Susis aut Ecbatanis dominaba-
tur, regio solio in libello de mundo depingit.

*Sella &
thronos
Dei*

LIII.

Petrus Martyr clarius dextræ Dei locum & sedem definit, ita
scribens: Extra caelum autem nullum corpus esse, in universum
non assentimur: quia ultra **FIRMAMENTVM**, quod **O-**
CTAVVM ORBEM nostri faciunt, est regio felicissima, ubi cor-
pus Christi degit, & sancti sua loca, sedes & mansiones cum habent,
tum post resurrectionem sunt habituri.

*Martyr in
dialogo de
vtraq; in
Christo
natura
fol. 30*

LIV.

Quodq; planè fabricentur Calviniani tale caelum, quale scho-
lastici Empyreum nominant, ubi Deus sua essentia resideat, & inde
virtutem ac efficaciam suam in totum mundum quaquaversum dif-
fundat, id perspicuè Beza docet in libro modo commemorato, ubi
Tertuliani sententiam malè intellectam ad stabiliendum istud de
caelo imaginario phantasma attrahit: Scimus Deum etiam intra
abyssos esse, & ubiq; consistere, **SED VIET POTESTATE**. Et
hanc quidem suam opinionem ibidem Beza calculo Petri Martyris,
qui idem suo in dialogo fol. 119. scriptum reliquit, comprobare ni-
titur.

*Beza tom.
1. operum
fol. 590.*

LV.

Suffragatur Lambertus Danaeus, à quo hæc est tradita infinitæ
Majestatis divinæ, qua omnia replet, & in fidelibus peculiari modo
habitat, *Πατρις* & interpretatio: Quod dicitur Pater & Filius &
Spiritus Sanctus habitare in nobis Ioh. 14. non de essentia Dei, &
transfusionem ejus in nos est accipiendum, sed tantum de nostra per
Christum connexionem cum Deo, quæ res est illi planè accidens. Hæc
isti doctores.

*Lambertus
Danaeus
deelenchis
heretico-
rum: ope-
rum classe
1. pag. 29.*

LVI.

Lutherus to-
mo 7. latino
VVit:
fol 391.

Cæli ima-
giarium.

Non immeritò proinde de hoc Spiritu phanatico conquestus est jam olim Lutherus in defensione verborum cœnæ, cum ait: Primum sumamus in manus articulum fidei, Christus sedet ad dextram Dei, quem articulum arbitrantur fanatici ferre non posse, ut corpus Christi sit in Cœna. Cum autem quærimus, quid per Dextram Dei, ad quam Christus sedet, intelligant, existimo eos, de joculari quopiam cælo nobis blateraturos, quale solet pueris commemorari, in quo sit collocatus Thronus aureus, in quo & Christus propè patrem ornatus pallio choralis & aureo diademate, sedeat, quemadmodum pictores solent pingere. Nisi enim tam pueriliter & carnaliter de dextram Dei cogitent, certè non tantopere præsentia corporis Christi in cœna perturbarentur, nec moraretur eos illud Augustini dictum: Corpus Christi in uno loco esse oportet, veritas autem ejus ubiq; diffusa est: cum tamen nec Augustino nec ulli alteri alias fidem habeant. Hactenus Lutherus.

LVII.

Johannes
Brentius in
refutatione
libri Henrici
Bullingeri.

Firmamē-
tum abest
à terra
16338552.
milliaria
germani-
ca.

Neq; ulla injuria eosdem affecit Johannes Brentius, qui hoc pacto scribit: Aliquot mathematici numerant à superficie terræ usq; ad superficiem concavam orbis stellati milliaria communia germanica sedecies millena millia, trecenta triginta octo millia, quingenta & sexaginta duo. Addunt nonnulli (quod quidem dictu ridiculum est, sed cum in hoc argumentum pertrahor cur reticerem?) Cælum tanta altitudine distare à terra, ut si plumbea mola descenderet à cælo stellato usq; ad terram, vix in quingentis annis descensum suum (sic enim ipsi loquuntur) compleret. Si vero tanta est altitudo à terra usq; ad firmamentum, seu cælum stellarum, immane, quanta erit reliqua altitudo, usq; ad cælum Empyreum? Quare si Christus tanta tarditate & tam pedetentim ascendit à nubibus usq; in extremum illud cælum Empyreum, quanta tarditate ascendit à monte oliveti, usq; ad nubes, profectò periculum erit, ne hactenus ad suum cœlestē thronum (quem Calviniani illi cum Scholasticis architectantur in cælo Empyreum) pervenerit.

LVIII.

Quid, inquam, Lutherus & Brentius eos injuria affecissent, cum Calviniani Dextram Dei & sessionem Christi ad illam ejusmodi similibus depingant, ut cuius inde manifestum sit, illos animo suo penitus defixam & impressam talem cæli Empyreici idæam in cerebello circum-

circu
com
lum
Sede
ascen
tissir
locu

Chri
rant,
cunt
loco
annu
in int
fixi:
xum
esse u
Dei se
esse d
quæ f
est, ge
Petro
scabel

In
drat, q
tam al
pariet
greder
ingress
omina
circuit
prosta
tem in



circumgestare, qualem Pontificij tradunt & pingunt. Sic enim in *Cæli em- compendio Theologiæ Pontificiæ lib. 2. cap. 4.* illud definitur: *Cæ-pyreum* lum Empyreum est beatorum Spirituum habitaculum, specialiter pontificia- Sedes Dei nuncupatur. Et iterum libro 4. cap. 25. Dicimus quod rum. ascensio Christi fuit ad locum dignissimum cæli empyrei, live ad at- tiffimam ejus partem, eò quod nobilissimo Christi corpori convenit locus talis.

LIX.

Quod planè his similia *νοήματα* de cælo, de dextra Dei, de *similitu- Christi* lesione ad dextram divinæ majestatis Calviniani circumse- *dines ses-* rant, inde liquet, quod aliàs quidem ad rem istam declarandam addu- *sionis Chri-* cunt similitudinem arboris & radicum seu trunci: Nam radix uno *sti ad Dei* loco defixa est, inquit, rami verò undiq; diffusi: aliàs imaginem *dextram.* annuli: gemma enim annulo conjuncta est, quamvis nō est ut annulus *P. Martyr* in interiore parte digiti: aliàs sphaeræ cælestis & astri in sphaera de- *in dialogo* fixi: Videto mihi, inquit, planetarum orbis, quisq; illorum affi- *fol. 10.* xum sibi habet indivulsè astrum, nec tamen ob id asseremus astrum *II. 15.* esse ubicunq; suus orbis fuerit. Alias etiam Christum ad dextram Dei sedentem & omnia in cælo & in terra coram intuentem similem esse dicunt homini, qui per fenestram exerto capite ea contempletur, quæ foris & extra hypocaustum, ubi reliquo corpore circumscriptus est, geruntur. Quæ quidem pictura non absimilis est anili fabulæ de Petro, qui aliquando per cancellos de cælo furem conspexisse & scabello dejecto petijisse dicitur.

LX.

In Calvinianos proinde fectores & pictores illud apprimè qua- drat, quod Ezechiel. 8. vers. 8. scriptum est, ubi Dominus ita prophe- tam alloquitur: Fili hominis, perfora parietem: Et cum perforassem parietem, aperuit ostium unum. Et dixit ad me, inquit Vates, In- gredere & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic: Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium & animalium, ab- ominatio, & universa idola domus Israël depicta erant in pariete in circuitu undiquaq;. Nam quæ idola in Pontificatu palam in templis prostant, ea objecto Calvinianæ hypocriteos pariete apud istam gen- tem in animis latitant.

Q U I N T V S P A P I S M V S
C A L V I N I A N O R V M.

C

61, Sed

LXI.

*V.
Descriptio
unionis
personalis.*

Sed progredi jam nos oportet ad alia. Articulo proinde de Deo succedit doctrina de personali duarum naturarum in Christo unione, deq; Idiomatum communicatione. Hic verò quod recentes Pontificij cum Calvinianis & isti cum illis uno ore loquantur, iisdem principiis nitantur, iisdem armis veritatem doctrinae coelestis oppugnent, nulla probatione indiget. Nam res utrinq; tam apud Calvinianos quam apud Pontificios in confesso est.

LXII.

Calvinianorum cum Iesuitis conspiratio.

Ne igitur hac in parte diu immoremur placet aliquot solummodo theses Iesuitarum Ingolstadiensium producere, quas VVitebergenses Calviniani, qui ea tempestate tanquam lupi cathedram Lutheri invaserant, non modo approbarunt, sed suis typis suas fecerunt, & luculento Epimythio tanquam suae confessionis normam juventuti commendarunt. Facta haec est Calvinianorum cum Papistis conspiratio anno Christi 1571.

LXIII.

Fundamenta doctrinae Calvinopapisticae & Papocalvinianae de unione personali statuuntur thesi Ingolstadiana VVitebergae recitata refutatoria 4. & 26, 1. conciliorum definitiones, 2. patrum sententia, 3. ratio, 4. autoritas. His nimirum fulcris cum Iesuitis Calviniani in hac causa nituntur.

LXIV.

Unio personalis à Iesuitis definita.

Nam unionem duarum naturarum in persona Christi ita definiunt thesi explicatoria 15. quod duae res diversae in una hypostasi sine ulla mixtione, confusione ac conversione sustententur. Et alibi Calviniani rogati, ut specificam differentiam unionis personalis explicent, eam afferunt, quod humana natura ita à verbo sustentetur, & gestetur, ut nisi hoc modo sustentaretur, & gestaretur in nihilum redigeretur. Quo modo Pontificij quoq; cum Nestorianis unionem describunt, id quod extra omnem controversiam est, nec indiget pluribus testimonijs, quae alioquin magno cumulo ex utriusq; parvis libris adduci possent. Vtpote quod P. Martyr scribit in dial. fol. 10. Sufficit Deitatem, quamvis immensam & infinitam, sua hypostasi fulcire ac sustentare humanitatem, ubicunq; illa fuerit.

**SEXTVS PAPISMVS
CALVINIANORVM.**

65. Quid

QV
unam
ris in
alteri
tas, in
dit in
effecit
S
VT
na
comm
randan
disting
eidem
manas
rationi
tota ill
sionem
& rect
na Ch
seu ver
Et
fusius e
turis si
essentia
pag. 25
Sed no
omnip
homo l



LXV.

Quid porrò ex illa unione consecutum sit, Calviniani Iesuitarum thesi explicatoria 24. & 25. docent, quod videlicet ita naturæ in unam personam conjunctæ sint, ut nulla inde vera communio naturis intercedat. Manifestum est, inquit, de neutra in Christo natura alterius proprietates dici posse. Et mox; Quapropter sicut humanitas, inquit, divinissima hac unione divinam naturam non reddidit infirmam: ita nec natura divina humanitatem omnipotentem effecit.

Vt. Communicatio idiomatum à Iesuitis & Calvinianis negatur.

SEPTIMUS PAPISMVS

CALVINIANORVM.

LXVI.

Vtriq; porro statuunt post unionem voces & loquendi formulas naturis esse communes in persona, rem vero ipsam minimè esse communem. Sic habet thesis explicatoria 26. Quamvis post admirandam hanc unionem duæ in Christo naturæ earumq; proprietates distinctæ impermixtæq; persisterint: tamen eidem Christo velut uni eidemq; personæ adscribimus voces omnes tam divinas, quam humanas. Per proprietates autem impermixtas, ut hoc adjiciatur declarationis causa, intelligunt ἀκοινωνήτες. Nam veram communionem tota illa in disputatione, ut & in alijs suis scriptis nuncupant confusionem & permixtionem. Siquidem thesi 29, sic porro omnem veram & rectam idiomatum communicationem, quæ naturis ipsis in persona Christi intercedit, inficiantur: In naturis ne grammatica quidem seu verbalis fieri potest ἰδιωματικῶν κοινωνία.

VII. Communicatio idiomatum verbalis à Iesuitis & Calvinianis asserta.

LXVII.

Et alibi Calviniani Pontificiam & Esaviticam hanc traditionem fusius exponunt, utpote in Admonitione Neostadiens. pag. 66. Naturis singulis in persona Christi realiter communicari proprietates essentielles alterius naturæ negamus & pernegamus. Et libro eodem pag. 250. Ergo Deus passus, mortuus est realiter, quatenus homo est: Sed nominatenus, quatenus Deus est. Et homo realiter æternus, omnipotens, impassibilis, ubiq; præsens est, realiter quatenus iste homo Deus est: Sed NOMINETENS quatenus homo est.

OCTAVUS PAPISMVS

CALVINIANORVM.

C a

68. Quod

Deo
ione,
tificij
cipijs
nulla
am a

modo
genes
eri in
lucu
i com
iratio

niane
e recu
entea
Calvi

gnunt
ne ulla
vinia
licent,
geste
edige
descri
uribus
oris ad
Sufficit
cire ac

Quid



VIII. Iesuita & Calviniani vultibus a tractis in negotio communi- cationis i- diomatum plane ab- stineri vo- lunt. **Q**uod insuper ad indicandam veram divinæ Majestatis commu- nionem, qua assumpta caro Christi propter personalem unionem in Logo locupletata & ditata est, non liceat juxta scripturæ consuetu- dinem Ioh. 6. 1. Ioh. 1. Ebr. 9. Matth. 26. vocabulis abstractivis uti, Calviniani per thesin explicatoriam 30. & 31. verbis & rationibus le- uiticis decernunt. Cum hæc naturarum, inquit, unio in persona facta sit, non in natura, nominibus non naturam, sed personam signi- ficantibus perpetuò utendum est ad Idiomatum communicationem. Et thesi 34. Idiomata divina neq; voce neq; re ipsa naturæ humanæ possunt adscribi. Sicut nec humana divinæ.

NONVS PAPISMVS CALVINIANORVM.

IX Carnem Christi fini- titis solū- modo do- nis ornatā Iesuita statuunt. Adhæc quod humana Christi natura solū modo finitis donis exorna- ta sit, non autem infinita filijq; Dei propria majestate Calviniani ibi- dem thesi 37. & 38. cum pontificijs asserunt; Addimus etiā, Christū se- cundum humanitatem non sola essentia, sed etiam gloria, majestate, potestate, cæterisq; attributis omnibus & proprietatibus Deo mino- rem permansisse. Ita enim humana natura donis gratuitis in Christo exornata est, ut creaturæ tamen limites nullatenus excefferit. Non tamen hinc sequitur, in Christo Domino inhioloplus dignitatis aut eminentiæ, quàm in quibusdam alijs hominibus inueniri. Nam inter divinam illam altitudinem seu excellentiam & eam dignitatem, quæ communi hominum generi obtingere solet, singularis quædam eminentia intercedit, quam soli Christo, propter vnionem illam hy- postaticam, secundum humanitatem, ut par est, attribuimus.

Et mox thesi 40. Humana natura Christi affatim sortita est, quæ natura finita, qualis illa post personalem illam vnionem permansit, sortiri aut capere potest.

Et iterum thesi 41. Quæ sanè dignitas & incomparabilis eminencia, quamvis ab immensa Dei celsitudine quàm LONGISSIME distet, tamen in alia creatura nulla, quæcunq; tandem illa sit, locum nullum obtinet.

DECIMVS PAPISMVS

CALVINIANORVM.

LXXII.

Principijs quoq; hoc iisdem astruere conantur Calviniani cum pontificijs, qualia in thesibus porro expressa sunt: primum quidem est, quod creatura non sit capax divinæ majestatis, de qua thesibus 12. confutatoria sic loquitur: Et quis inter Christianos adeo sit rudis rerumq; omnium ignarus, qui creaturam ullam, quantalibet excellentia præditam, omnipotentem esse statuat?

LXXIII.

Alterum principium quod opponunt veræ & reali idiomatum divinorum in persona Christi communicationi, ita habet thesi 36. certissimum est nullius omnino proprietatem in alteram naturam seu speciem transferri posse.

LXXIV.

Tertium $\lambda\eta\mu\mu\alpha$ Papo Calvinianum in hac controversia est tale in eadem thesi: Multò minus verò divina proprietas, quæ infinita est, naturæ finitæ & creatæ potest communicari: cum in confesso sit, quod res finita certisq; terminis conclusa rem infinitam & immensam intra se capere nequeat.

LXXV.

Desino plura ex illis Calvinianorum, quas à Iesuitis mutuati sunt, thesibus depromere, ut de reliquis etiam dicere possimus. Itaq; conclusionis loco VVitebergensium solummodo Calvinianorum censuram de his omnibus adijcio, ne quis existimet, per calumniam hæc illis attribui.

LXXVI.

Sic itaq; theses, de quibus hætenus dictum est, illi addito epilogo commendant: Supra expressis propositionibus quidam ex familia Esauitarum ita breviter, disertè, distinctè, itaq; rectè ac benè doctrinam de vnione personali duarum naturarum in Christo & communicatione Idiomatum comprehendere & exponere studuerunt, ut boni publici causa denuò apud nos exprimendas censuerimus, quæ in Ecclesia orthodoxa extent hæc capita ante oculos eorum, qui discunt doctrinam Ecclesiæ tanquam tabella, & in promptu sit formularum verborum, qua de his rebus ex verbo Dei & consensu antiquitatis piæ ac orthodoxæ utendum est.

C 3

VNDE.

X
Principia
sophistica
Iesuitarum
& Calvinistarum
in articulo de persona Christi.

Y
Creatura
non capit
divinam
majestatem.

Z
Propria
sunt $\alpha\kappa\omicron\iota\upsilon\tau\alpha$.

3
Finitum
infiniti non
est capax.

VVitebergenses
theologi
theses in
golstadien-
ses accurate
commendant.

UNDECIMVS PAPISMVS

CALVINIANORVM.

LXXVII,

XI
Sessio ad
dextram
Dei signifi-
cat potio-
ra dona.
Compend.
theolog.
Verit. lib.
4. c. 25.

Colloquio
Mompel-
gart. pag.
206.
Omnis po-
testas Cal-
viniano-
rum.

Quando ulterius quæritur, quæ sit illa omnis potestas in cœlo & in terra, quam Christus se in tempore post resurrectionem suam accepisse fateatur Matth. 28. Respondent pontificij in compendio Theologicæ vanitatis: Per dextram intelliguntur potiora dona gloriæ, in quibus Christus sedet secundum humanitatem, quoniam collatum est ei à Deo, quicquid conferri potuit. Et licet ab instanti conceptionis Christus accepit bona gratiæ & gloriæ in anima, eadem tamen bona fuerunt in ascensione manifestata & in loci congruentia completa.

LXXVIII.

Eodem sensu Calviniani in colloquio Mompelgartensi eam omnem potestatem $\kappa\alpha\iota\ \pi\acute{\alpha}\sigma\alpha\upsilon\ \epsilon\gamma\chi\epsilon\iota\alpha\upsilon$ interpretantur de finitis donis, cum ajunt: Hæc omnis potestas diversa prorsus est ab ea, quæ est in Deo essentialis & absolutè consideratur. Nihil enim aliud est, quam summa secundum Deum potestas in rebus omnibus creatis, ad quas etiam ipsa refertur, ac proinde inter dona in carnem Christi collata, id est, ad gratiam habituales referenda est.

DVODECIMVS PAPISMVS

CALVINIANORVM,

LXXIX.

XII
Adoratio
carni Chri-
sti dene-
gatur.

Bellarmino
con-
trovers.
7. gener.
lib. 1. cap.
12.

Tres spe-
cies cultus.

Cum insuper rogatur, utrum caro Christi in vnitæ personæ $\tau\theta\ \lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ religiosa adoratione colenda sit, qua Deus & $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ colitur ac invocatur? Respondet Bellarminus Iesuita. Tot sunt species cultus, quot sunt species excellentiæ, & beatus Thomas docet 2. 2. quæst. 103. art. 3. Honor enim sive cultus debetur personæ propter excellentiam eius, sed quod ad præsens institutum pertinet, tres sunt species excellentiæ, prima est excellentia divina & infinita: cui respondet prima species cultus, qui à Theologis dicitur Latria. Secunda est excellentia humana seu naturalis, quæ posita est in humanis virtutibus, dignitatibus, gradibus &c: cui respondet secunda species cultus, quæ dici potest cultus civilis. Tertia est excellentia quædam media inter divinam & humanam, qualis est gratia & gloria sanctorum. Et huic excellentiæ respondet tertia species cultus, quam Theologi vocant Duliam. Hæc ille: vnde apparet $\delta\delta\lambda\iota\alpha\upsilon$ alium esse cultum, quàm is, qui soli Deo debetur, de qua tamen distinctione alibi disputatum est, 80. iam

LXXX.

Iam quod hujus est negotij porro attendamus, sic enim progreditur distinguendo: Quia inter sanctas creaturas Humanitas Christi, si seorsim consideretur, singulariter excellit, propter unionem ad verbum, & B. Virgo, ut mater Filij Dei, ita prestat alijs sanctis, ut dici possit Domina & Regina nostra: Ideo Theologi hanc tertiam speciem, quam vocant Duliam, dividunt in duliam proprie dictam, & hyperduliam, tribuentes illam sanctis cæteris, istam soli humanitati Christi, & matri ejus.

Caro & mater Christi, idem u illud u πειρα & λειο & sed non λα- γεια & af- ficitur.

LXXXI.

Ex quo intelligimus Pontificios carni Christi religiosam illam adorationem, quam soli Deo assignant, carni Christi æquè denegare ac illam B. Virgini se tribuere inficiantur.

LXXXII.

Ab hoc pontificio delirio Calviniani non modo nihil absunt, licet in distinctionem utrum consentiant non opus sit quærere, sed sua impietate longè etiam illud superant. Primum enim vnà cum Pontificijs adorationis cultu sacrosanctam Domini carnem blasphemè spoliant. Notius id ex Danaei libro, quem D. Chemnitio opposuit, est, quàm ut probatione indigeat. Deinde verò idololatrias etiam pronunciant eos, quicunq; hunc cultum humanæ naturæ Christi pendunt, eamq; in persona τῷ λόγῳ venerantur. Nam Danaeus in eodem libro aliquot, at impudentissimis, argumentis contendit, idololatrias esse, quicunq; carnem Domini invocant. In alio vero libello, qui Assertio inscribitur, ita blasphematur horrendum in modum. Nulla verò carnis aut humanæ naturæ cogitatio necessaria est: imò PRORSVS removenda à religiosa Dei divinæq; naturæ etiam IN CHRISTO IPSO ADORATIONE. Quoniam hic honos soli Deo debetur.

Assertio Lamb. Danaei pag 38.

LXXXIII.

Et in examine, cuius modo mentio facta, hæc leguntur diabolico planè rugitu edita: Maledictus (ait ex ipsa Dei persona loquens propheta) vir ille, qui fiduciam habet in homine, & statuit carnem brachium suum Ier. 17. 5. Caro autem Christi est vera Caro, & homo Christus verus homo. Qui autem religioso cultu quempiam hominem adorat aut invocat, ille fiduciam suam in eo habet, quem ita invocat & adorat. Quare qui ad ipsam Christi carnem suam adorationem aut invocationem dirigit, is ex ipsius Dei ore est maledictus.

DECL

elo & suam endio a glo- m col- i con- em ta- uentia n om- onis, est in quàm quas llata, S næ τῷ colitur es cul- a, 2, propter es sunt cui re- Secun- manis pecies mædam sancto- Theo se cul- ibi di- o, iam



**DECIMVS TERTIVS PAPIS-
MVS CALVINIANORVM.**

XIII
Deus præ-
o. dicit
peccatum,
& decer-
nit ut Adā
labatur.
Calvinus
Instit. lib.
3. cap. 23.
sect. 7.
Hierony-
mus Zan-
chius in
epist. ad
Pezelium
in secunda
parte ob-
jection.
Lambert,
Damneus
in annot.
lib. 1. di-
stinct. 45.
cap. 9.
fol. 719.
P. Martyr
locor. cō-
munium
classe 1.
cap. 14.
dist. 33.
Lombard.
l. 1. dist. 45
c. 6. Com-
pendium
Theolog.
Verit. lib.
1. cap. 32.

LXXXIV,

QVando insuper, ut progrediamur, de causa peccati disputatur, & quæritur, utrum Deo volente homines peccata perpetrarent, palam omnibus notum est, quid Calviniani respondere consueverint, quod nimirum homines peccent, & Adamus in peccatum lapsus sit, quia Deo ita visum fuerit, quia decreto suo sic ordinaverit, ut Calvinus loquitur, vel ut Hieronymi Zanchij verba habent, quod Deus peccata, quatenus peccata sunt, volens permittat, & peccatum consideratum ut peccatum & malum culpæ præordinat,

LXXXV,

Etsi autem Bellarminus tomo tertio controversia generali prima libro secundo acriter hunc Calvinii & Zuinglij errorē impugnat, nihilominus Lambertus Danæus in commentario suo super primum sententiarum horrendo huic dogmati patrocinium in rancido & obsoleto Thomæ Aquinatis testimonio quærit, ita scribens: Nihil nolente Deo fieri potest; Thomas, in ijs ipsis malis se habet Deus ad modum volentis, ait. Ergo hæc ipsa, quæ malè faciunt homines, Deus decernit fieri, non quatenus sunt mala, sed quatenus ipsius iustitiæ illustrandæ subserviunt. Ibidemq; lectorem ad fusiores ejus rei declarationem in explicatione sua Enchiridij Augustini tradita remittit,

LXXXVI,

Iisdem vestigijs cæteri quoq; Calviniani insistant, Petrus Martyr ita scribit: Prohiteor mihi distinctionem illam non displicere, quam scholastici uti solent, cum statuunt aliam esse voluntatem signi, aliam vero efficacem, vel, ut alij scribunt, beneplaciti. Signi voluntas est, quæ indicat, quid facere quidve fugere nos oporteat. Beneplaciti verò voluntas, quæ potens, efficax, quæ nulla vi superari & vinci potest.

LXXXVII,

Et huic efficaci Dei voluntati, quam è Scholasticorum sordida sentina se hausisse fatetur, mox adscribit peccati originem. Qui Dependium, inquit, peccata solum a iure permittunt, non queunt ejus voluntatem (scilicet efficacem & beneplaciti) profuse excludere: quoniam illa

illa volens aut invitus permittit. Non sanè permittit invitus, quia *Voluntas*
nemo potest eum cogere: Ideo sequitur, ut volens ea patiat^{ur} fieri, *signi &*
Et mox: Quare constituendum est, Deum non tantum permittere, *beneplaci-*
sed etiam certo quodam modo velle peccatum. Et infra: Cum Deus *citi.*
vel indurare vel excæcare scribitur, non tantum relinquere & dese- *Voluntas*
rere credendus est, sed etiam voluntatem suam adhibere. Alibi idem *beneplaci-*
autor hoc pacto rem explicat: Altera voluntate beneplaciti, si nemi- *ti seu effi-*
nem vellet perire Deus, certè nemo perire posset, iuxta hanc igitur *ca.*
voluntatem omnia quæcunq; voluit fecit.

DECIMUS QVARTVS PAPI-

SMVS CALVINIANORVM.

LXXXVIII.

NON minus tetrum est monstrum, quod Calviniani universales *XIV.*
promissiones Evangelij, quæ affirmant, Deum velle omnes ho- *Universa-*
mines, nemine excepto, salvos fieri per Christum fide apprehensum, *les pro-*
Scholastica quadã regula nefariè corrumpunt & pontificia interpre- *missiones*
tatione eludunt, ne particularitati absolutæ suæ prædestinationis *restringunt*
opponantur. Nam Pauli sententiam 1. Tim. 2. Deus vult omnes ho- *ad parti-*
mines salvos fieri & ad agnitionem veritatis pervenire, Lambertus *culares.*
Danæus ita exponit, quod complectatur & demonstret genera sin- *Danæus in*
gulorum, **VT LOQVUNTUR IN SCHOLIS**, non au- *1. Sent.*
tem singulos generum. *dist. 46.*

LXXXIX.

Eodemq; pacto Helvetij, qui colloquio Mompelgartensi ad- *Colloq.*
erant, eam sophisticen verbis Apostoli opposuerunt, ut dicerent, Pau- *Mompel-*
lum omnium hominum appellatione non intelligere singulos gene- *gart. capi-*
rum, sed genera singulorum. *te de præ-*

XC.

Et Beza prolixè eam fabulam inculcat in expositione ejus loci *responsio-*
in annotationibus N. Testamenti. Ideoq; etiam contendit istud, *ne Beza*
ἀνθρώπων, exponendum esse quosvis homines, ne singuli sed *ad thesin 7*
ex omni genere hominum aliqui intelligantur. Cui Martyr in locis *Virtenb.*
fol. 97. 108. 466. 567. etc. pluribus astipulatur.

XCI.

Etsi verò istam *κυβείων* se ex Augustino hausisse perhibent:
Longè tamen alius est Augustini in Enchiridio cap. 103. quem locum

D

Danæus

Ibidem
dist. 40.
& class. 3.
cap. 1. di-
stinct. 31.

XIV.
Universa-
les pro-
missiones
restringunt
ad parti-
culares.
Danæus in
1. Sent.
dist. 46.
cap. 3.

Colloq.
Mompel-
gart. capi-
te de præ-
destinat. in
responsio-
ne Beza
ad thesin 7
Virtenb.

Danaeus allegat, nec non alijs in locis, utpote operum Aug. tom. 7^o fol. 750. 681. 1140. Scopus & intentio, quam Calvinianorum: quam tamen de re, jam non opus est, ut pluribus differamus.

XCII.

Ac licet illi in Augustino aut alijs Ecclesiasticis scriptoribus talia reperirent, quod tamen nondum clarè ostenderunt, num propterea hujus vel illius patris sententiam clarissimis scripturarum verbis ac testimonijs præferre debebant, num scripturas ad patrum placita interpretari, an potius patrum scripta ad scripturæ Canonem exigere, nisi cum Pontificijs legitimam rationem tractandi controversias Theologicas invertere vellent?

XCIII.

Lambert. Sive igitur Augustini sive Scholasticorum nomine istam suam Sophisticen tueantur, effugere non possunt, quin Papismo se implicent, idq; eo etiam magis, quia Danaeus, cum videret novum illud *Danaeus in* axioma nec in Thoma Aquinate, nec in Lombardo, neq; etiam in *comment.* Augustino satis subsidij habere, more Scholasticorum Theologorum *Enchiridij* ad Aristotelem confugit, & ex eo illud astruere conatus est, dum ex *Augustini* ethnici istius philosophi libro 2. $\omega\lambda\iota\tau$: duplicem vocis $\pi\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$ significationem adducit. *cap. 103.*

DECIMVS QVINTVS PAPI- SMVS CALVINIANORVM.

XCIV.

XCIV.
Fides à
prædesti-
nationis
decreto
exclusa.

QVod porrò Calviniani de prædestinatione docent, Deum absolute sine intuitu fidei certas personas hominum & definitum earum numerum ad vitam prædestinasse, id quoq; non aliunde, quam ex Pontificijs habent reliquijs.

XCIV.

XCIV.
Certus &
definitus
numerus
prædesti-
natorum.

Bellarminus tomo tertio controversia generali tertia libro 2^o capite 9. ita hac de re scribit, Augustini definitionem exponens: Certi homines dicuntur prædestinari, quoniam non omnes homines prædestinantur ad vitam, sed solum aliqui, & ij non confuse, sed distinctè, tales ac tales, Petrus, Andreas, Iacobus etc.

XCVI.

XCVI.
Aquinas
prima pri-
ma quest.
23. art. 7^o

Eodemq; pacto scribit Thomas: Certus est prædestinatorum numerus, qui neq; augeri potest, neq; minui. Item certus est Deo numerus

merus prædestinatorum non solum per modum cognitionis, sed etiam per modum cuiusdam principalis præfinitionis.

XCVII.

Non agimus nunc de eo, an Deus pro infinita sua sapientia noverit electos suos & proinde certò sciat, qui in Christum verè credant & hæredes sint vitæ æternæ. Hoc enim pacto Deo certum esse electorum numerum minimè dubium est. Novit enim Dominus, qui sint sui 2. Tim. 2. Verùm duo sunt, de quibus Calvinianos pariter & Iesuitas meritò accusamus: primum quod certitudinem illam absolute & simpliciter ad personas, quatenus sunt tales, ut Petrus, Andreas, Iacobus restringunt, sine ullo fidei intuitu: cum Deus à principio nos elegerit in Fide veritatis 2. Thes. 2.

XCVIII.

Deinde quod eum numerum ita fatalem & immutabilem comminiscuntur, qui nec minui nec augeri queat: cum scriptura multis in locis contrarium aperte ostendat, utpote Matth. II. v. 21. & 23. v. 37. Rom. II. v. 22. 23. 1. Cor. 9. v. 27. & II. v. 32. Ebr. 3. v. 14. Neq; enim idcirco numerus electorum sit incertus, si augeatur, si minuatur. Nam si augeatur, id quoq; Deo certum & exploratum est: Si è numero fidelium & electorum sua se culpa nonnulli eximunt, istud etiam divinam ejus prænotationem minimè later.

PAPISMVS XVI. CAL-

VINIANORVM,

XCIX.

Pontificios fidem, quoties de æterna Dei prædestinatione fidelium ad vitam vel etiam de justificatione nostri coram Deo agitur, inter virtutes & qualitates in nobis numerare, & nolle, eam extra nos in Christi merito considerari, notius est, quam ut probatione indigeat.

XVI.

Fides qualitas & habitus in nobis.

Eodem verò pacto Calviniani in negotio æternæ prædestinationis fidem ejusq; præscientiam adhiberi posse inficiantur, nisi illa pro causa habeatur meritoria, ob quam Deus nos elegerit. Ideo D. Tossanus in suis thesibus de Pelagianismo, doctrinam de fide Electionis de creto inclusa Pelagianæ improbitatis accusat, & perniciosum errorem vocat, & statum quæstionis in eo volui perperam contendit: an Deus eligendo nos motus fuerit respectu aliquo fidei, vel operum, quorum prævisio causa esset nostræ electionis: Et porro ibidem existimat, electionem non posse gratuitam esse, nisi fides ab illa plane arceatur.

D. Tossanus in disput. de Pelagianismo Th. 150. & sequent.

D 2

A. Pon.

C I.

Beza in N.T. Rom. 9 v. 16. Tossan. thesi 148. A Pontificijs hæc omnia mutuari Calvinianos vel ex eo liquet, quod porro Tossanus, ut etiam Beza, in ea sunt opinione, quasi Augustinus suam sententiam, de prævisa fide electionis decreto inserta, simpliciter & absq; omni distinctione retractaverit, utpote qui censuerit, electionem nullo modo posse gratuitam esse, si fidem in Christum aspiciat.

C II.

Somnium Lombardi de retractione Augustini. Somnium autem istud de retractione Augustini è Lombardo habent, qui lib. I. distinct. 41. c. 2. ita statuit: Augustinus aliquando se sensisse dicit in libro retract. 1. cap. 23. Deum elegisse Iacobum, quia talem futurum præscivit, qui in eum crederet. Quia autem in fide meritum est, sicut & in operibus, ideo Augustinus hic retractavit, quod scripserat, Deum elegisse fidem in præscientia, & quem sibi crediturum esse præscivit elegisse.

C III.

Quod verò Augustinus non velit fidem ab electionis æterno consilio & decreto simpliciter excludi, sed potius in illud, juxta scripturæ sententiam includi, ex tractatu ejus in Ioh. 42. ex libro item de prædestin. cap. 10, libro 2. cap. 14. 18. libr. 9. hypognost. luculenter apparet, ut alibi fufius demonstratum est.

C IV.

Iam ex commemoratis concludimus, Calvinianos in eo manifestè Papizare, quando negant, fidem Electioni inseri & involvi non debere, ne electio non sit gratuita, fidem in rãss & ordine electionis aliter compræhendi non posse, nisi causa fiat meritoria, ob quam & propter quam simus electi, qua Deus eligendo nos motus fuerit, ut Tossanus ait. Atq; hoc quidem Papistico fundamento absoluta illorum prædestinatio certarum personarum nititur. Alia, quæ Calviniani cum Iesuitis in articulo de prædestinatione communia habent, brevitatis studio prætereo.

XVII.
Synergi-
smus.
Concil.
Trident.
Sess. 6. ar-
tic. 5.

PAPISMVS XVII. CALVI-
NIANORVM.

C V.

DE synergia virium humanarum in hominis conversione ita decreverunt Patres Tridentini, Si quis dixerit, liberum hominis arbitri-

arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti atq; vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat ac præparet &c. anathema sit.

CVI.

Non id velle hunc anathematismum Pontificis, quod mens hominis divinitus illuminata divina virtute aliquid possit, licet non ex se, attamen ex Deo, (id enim à nostris nunquam negatum fuit,) sed quòd ex seipsa virtute & facultate naturali aliquid possit in rebus spiritualibus luce meridiana è disputationibus & commentationibus Jesuitarum clarius est.

CVII.

Alibi enim istam $\sigma\upsilon\nu\epsilon\gamma\gamma\alpha\alpha\upsilon$ declarant similitudine scintillæ in cineres defossæ, quæ si statu exciteretur, in flammam sua natura excre- scit: aliàs similes esse dicunt hominis vires aviculæ, cui facultas vo- landi non adempta, alæ vero ligatæ sint, quibus solutis, illa liberè volitet, aliàs rotundo corpori liberi arbitrii reliquias comparant, quod in loco præcipiti paulisper incitatum suapte rotunditate & gra- vitate in præceps fertur.

Andradi
referente
Chemnitio
in sessionis
sextæ con-
cilij Trid.
examine.

Bellarmino
tom. 3
controver-
sia genera-
li 3. lib. 6.
cap. 9. 10.
11. 12. 13.

Beza libel-
lum suum.
Camera-
rio dedi-
cavit.

CVIII.

Etsi autem non dubito ægrè laturos Calvinianos, si hac in par- te accusentur consensionis aut conspirationis cum Antichristo Ro- mano: res tamen ipsa est in propatulo. Ut enim jam de synergista- rum Papali ac pelagiano dogmate nihil dicam, cujus autores ad Calvinistas pleriq; transferunt: Theodorus sanè Beza sub illud i- plum tempus, quo hæc quæstio $\pi\epsilon\tau\acute{\iota}\tau\eta\varsigma\ \sigma\upsilon\nu\epsilon\gamma\gamma\epsilon\iota\alpha\varsigma$ VVitebergæ & ali- bi plurimum agitabatur, libellum quæstionum & responsonum Christianarum conscripsit, eumq; Ioachimo Camerario, quem do- minum & amicum suum plurimum honorandum appellat, dedica- vit. Causam dedicationis quis non intelligit eam fuisse, ut suppetias ferret, & auxilia submitteret Antilutheranis theologis, qui anno 1570. VVitebergæ nova & impia dogmata cudebant.

CIX.

Eo in libello manifestè Synergistarum errori patrocinator, dum non modo statum quæstionis involuit, ut veram nostram do- ctrinam $\tau\eta\ \sigma\upsilon\nu\epsilon\gamma\gamma\epsilon\iota\alpha$ oppositam suggillare queat: Sed etiam multis verbis operosè naturalem synergiam astruit.

D 3

119. Pri-

liquet,
quasi
eto in-
ore qui
dem in
do ha-
ndo se
n, quia
in fide
stavit,
em sibi
eterno
ta scri-
item to
uculen
manifestè
on de-
ctionis
uam &
erit, ut
ta illo-
Calvi-
habent,
ita de-
ominis
arbi-



CX.

Beza ope
ru. fol.
666.

Primum enim, quod ad statum quaestionis attinet, fingit, de eo pugnari, utrum, quando Spiritus sanctus, mentem hominis illuminavit, illa cooperari Deo incipiat, qua de re nunquam à nostris dubitatum fuit. Sic habent ejus verba: Si temporis punctum consideres, quo Deus in nobis agit, simul eodemq; momento nobis datur, ut possimus velle recipere: alioquin inanis esset gratia. Itaq; qui ejusmodi *συνέργειαν* quasi gratiae Dei repugnantem oppugnant, multis modis imperitiam suam produnt, cum haec ipsa *συνέργεια* sit gratiae Dei donum, ita illi cooperans, ut sit quidem ordine causarum posterior, sicut effectum efficientem causam subsequitur &c.

CXI.

Beza Sy-
nergista.
Naturalis
συνέργεια
à Beza as-
serta.

Deinde porro *συνέργειαν* naturalem astruit his verbis: Preterea cum homini non sit per peccatum adempta neq; intelligendi neq; volendi facultas, ut ante diximus, sed duntaxat rectè intelligendi & rectè volendi facultas, in eo saltem *συνέργεια* naturalis negari non potest, quod cum prima gratia disponens non nisi ab intelligente & volente recipiatur, & homines naturà sint in genere intelligentes & volentes, homo non ut stipes, sed ut intelligentia & voluntate praeditus exhibitam gratiam recipiat: & quatenus quidem intelligit & vult, sit Deo conditori *συνεργος*, à quo naturales illas facultates accepit.

CXII.

XVIII.
Philoso-
phi sine fi-
de salvati.
Chemni-
tius in Ex-
am. concilii
Tridentini
parte
1. fol. 274
251, 252,
253, 254.

Quot modis haec Bezae opinio de naturali synergia sit vitiosa & veritati adversa jam breviter explicari non potest: neq; in hac quidem disputatione necesse est, cum non refutationem sed enumerationem solummodo errorum Pontificiorum, qui apud Calvinistas aut superiunt, aut de integro suppullulant, promiserim.

PAPISMVS XVIII. CALVINIANORVM.

CXIII.

Tertio libro Andradij Pontificij & Synodi Tridentinae promachi acerrimi recitat Chemnitius, illum tradidisse: Philosophos sine verbo Dei & sine spiritu regenerationis naturalibus notitijs & viribus



bus pervenisse ad veram fidem & justiciam, qua salvati sint: adjuncto illo tantum auxilio Dei, de quo Cicero etiam dicit, nullam excellentem virtutem in ethnicis fuisse sine afflatu divino.

CXIV.

Philosophos Andradius in caelum euexit: sed majorem etiam et largiorem *ἐπιπέθει* in transcribenda impijs ethnicis caelesti beatitudine Cinglius jam olim adhibuit, cum ad Galliarum Regem scripsit: Visurus istic es in vita aeterna Herculem, Theseum, Socratem, Aristidem, Antigonum, Numam, Camillum, Catones, Scipiones. Et in libello Catabaptistis opposito scribit idem Cinglius: Gentilium liberos, (quia nulla eos lex damnat, non enim incidunt in istam, Qui non crediderit &c. deinde cum electio Dei sit libera) impium est, si eos ab aeterna salute excludamus. Vnde sequitur, nos vehementer errare in judicandis gentilium liberis. Hæc Cinglius.

*Zwinglius
in Christiana
fidei
expositione
ad Christi-
anum re-
gem &c.*

CXV.

Profana sanè hæc est Cinglij opinio, quæ in Thammero alioquin damnata est, & quam Erasmus quoque è Pontificatu haustam defendit, qua Sacramentariæ sectæ *προπάτωρ* Herculem illum latronem, qui Omphalæ servivit, Numam item augurem, ariolum, magum, qui è nocturnis cum Aegeria nympha congressibus omnis nefandæ impietatis & idololatriæ modos & rationes hausit, aliosque in caelum transtulit. Et quales isti obsecro caelites? qui supra duo millia annorum in inferno ustulati sunt.

CXVI.

Ne quis autem existimet Calvinianos abhorrere ab hac promachi sui opinione, Henricus equidem Bullingerus libros eos, in quibus hæc Papalia reperiuntur emblemata, post mortem Cinglij edidit, & non modo edidit, sed etiam luculenta præfatione tam venustum *κεφάλιον* ornavit, ac Cygnæam Cinglij vocem nominavit. Cygnæam opinor, qualem ibi audias, ubi nigri clamant Cygni, & ubi Hercules clava sua choros moderatur.

CXVII.

Quin etiam Rudolphus Gualtherus impiam Cinglij opinionem, de Beatitudine aeterna ethnicorum, operosa; Apologia anno 1545. edita tutari conatus est. Vbi inter alias rationes pro defensione ethnici dogmatis istam præcipuè urget, sed nimis pueriliter, quod Rom. 1. scriptum est, *τὸ γνωστὸν θεῷ* gentibus cognitum fuisse. Hinc enim confici existimat ethnicos fuisse instructos non modo veri Dei, qui est Pater Domini nostri Iesu Christi, notitia, sed etiam salvifica fi-
de:

de; & ex ea promanasse scribit gnomas illas de Deo, quæ apud Ciceronem, Platonem, Aristotelem, Senecam & alios leguntur, item heroicas illas virtutes, utpote labores Herculis, pericula Thesei & similes. Numam verò Pompilium, quem August. lib. 7. Civit. D. c. 35. ex Varrone probat per Hydromanticam cum Diabolo commercium habuisse, ob duas causas in æterna beatitudine esse censet Gualtherus, 1. quia fuit pacificus: Numa enim regnante, pacata Rep: 49. annos Romani sunt usi, teste iterum August. l. 3. C. D. cap. 10. Christus autem dicit Matth. 5. Beati pacifici. 2. quia Numa imagines demolitus est, ideo cælum meretur: quo sensu Iudæi quoq; & Turcæ erunt cælites. Nonne præclara hæc et tanto Theologo digna consequentia.

CXVIII.

Verum istæ & similes rationes Gualtheri à D. Iohanne VVigando in libro de Sacramentarijismo adducuntur et refutantur. Dignum equidem Calvinianis cælum, quod pijs clava Herculis reddit formidabile, qui ostium servat,

D. VVigandus de Sacramentarijismo

fol 32.

XIX.

Due partes Iustificationis,

PAPISMVS XIX. CAL-

VINIANORVM.

CXIX.

Philippus ad Iohannem Sax: Electorē.

Papicolas hodie docere & olim quoq; tradidisse, hominem non sola fide in Christi meritum, sed partim fide partim operibus suis iustificari, id extra omnem controversiam est, nec probatione ulla indiget. Nam Iesuitæ, quod ex illorum scriptis doceri potest, duas faciunt partes justificationis nostræ coram Deo; Remissionem peccatorum gratuitam, & sanctificationem seu vivificationem,

CXX.

De Ulrico verò Zuinglio & ejus socijs recitat Philippus Melanthon in sua narratione colloquij Marpurgæ anno 1529. habiti, quod incommodè locuti sint & scripserint de hominis justificatione coram Deo, & doctrinam de fide non satis inculcarint, sed ita de justificatione docuerint, quasi opera, quæ fidem sequuntur, sint iustitia hominis, & quòd malè etiam illam quæstionem explicuerint, quomodo fides concipiatur.

CXXI.

Ac licet ibidem Philippus adjiciat, abjecisse Cinglium eo tempore istum errorem, adeo tamen ille nondum apud nepotes ejus

(factio-

(factionem nimirum Calvinianam) exolevit, ut duas partes nostrae justificationis palam statuere & defendere minimè dubitaverint, unam quidem fidem in Christum, alteram vero sanctificationem & novam obædientiam, quæ inde consequitur.

CXXII.

Ita scribit Ioachimus Curæus in Calviniana sua nimis curiosa cura seu exegefi: Sumus iusti primam imputatione, propter obædientiam Filij Dei, derivantis in se pænam pro peccatis generis humani &c. Sed altera pars justificationis est sanctificatio, vel præsentia effi-

ciæ, vel κοινωνία nostri cum Christo, vel inchoatio vitæ æternæ.

CXXIII.

Et unde hæc habuit medicus, nisi è Synergistarum scholis, qui bona opera ad justificationem hominis requirebant, hodieq; requirent? Ab illis nimirum didicerat, alteram partem justificationis nostræ coram Deo esse conjunctionem nostri cum Christo, quæ fit in Sacramento, & sanctificationem, ac inchoationem vitæ æternæ. Hæc enim medicus miscet.

PAPISMUS XX. CALVINIANORVM.

CXXIV.

Pontificios asserere, hominem justificatum & renatum plenè posse satisfacere legi divinæ è concilij Tridentini sessione sexta & An- dradij explicatione omnibus palam est. Sic enim loquuntur patres Tridentini. Nihil ipsis justificatis amplius deesse credendum est, quo minus P L E N E illis operibus, quæ in Deo sunt facta, divinæ legi, pro hujus vitæ statu, satisfacisse censeantur.

CXXV.

Ex quo consequitur: si homo renatus & justificatus plenè potest legi Dei satisfacere, ut censent Pontificij, quod etiam mente & intellectu suo nusquam aberret, sed quod is legi divinæ per omnia sit conformis, mysteria fidei plenè intelligat, Deum rectè agnoscat, deq; fidei articulis benè & sincerè statuat. Vnde etiam Franciscus Toletus graviter in eos invehitur, qui tradunt, aliud ex philosophia, aliud ex veritate (in verbo Dei revelata) asseri, & qui statuunt, aliquid secundum philosophiam verum, secundum veritatem (sacrarum literarum) falsum esse; ac illis quidem Concilij Lateranensis III. ca-

E

Exegetis

Curæj sol.

36. & 37.

Tileman-

nus Hes-

busius

parte 2.

Assertio-

nis contra

Exegetin

fol. 56. 57.

X X.

Humana

ratio rege-

nerata in-

telligit my-

steria fi-

dei.

Conciliū

Trident.

sess. 6.

cap. 16.

Chemnicij

examen

parte pri-

ma, fol.

406.

Franciscij

Toletus

societatis

lesu in

prefatio-

ne super

octo li-

nonembros Acro-

maticos.

nonem opponit, qui neget RATIONI ET LUMINI NATURALI fidem adversari : eosq; ibidem ineptos disputatores nuncupat, qui docent, contra Fidem sensisse aliquid Aristotelem.

CXXVI.

Iuiberus Calvinianos humanæ rationi in articulis fidei non minus de-
tom. 4. le- ferre, pluribus doceri posset, si non adeo id esset clarum, ut do-
nesi fol. cumentis planè nullis sit opus. Nam Philippus Melanthon in brevi
468. narratione colloquij Marpurgici de Cinglio, Oecolampadio & re-
Humana liquis illorum socijs ita scriptum reliquit : Alterum illorum (inquit)
rationi argumentum erat humana ratio , ex qua sumebant hoc principium :
quantum Humanum corpus vnicum non posse simul in diversis locis esse : iam
tribuunt verò corpus Christi esse in cœlo &c. De hoc argumento longa erat
Calvinia contentio, Luthero asserente, humanam rationem in hisce myste-
rijs si riji nullius esse momenti, nec posse nec debere Iudicem omnipoten-
dei. tiæ Dei constitui : Cinglius autem respondebat : Deum non propo-
nere nobis ad credendum ea , quæ prorsus nulla ratione compræhen-
di possint.

CXXVII.

Lutherus quoq; in libro de verbis cænæ affirmat, Sacramentari-
riorum eò tempore potissimum firmamentum fuisse, ut dicerent: Mo-
lestum esse istum articulum hominibus, eò quòd difficilè sit credere,
unum corpus simul esse in pluribus locis.

CXXVIII.

Iacobus Iacobus Grynæus, cum hæc opinio Sacramentariorum jam ex-
Grynæus piralle putaretur, ipsiq; non rarò scriptis publicis conquesti essent,
disput : eam sibi calumniosè affingi, renovavit, ita scribens : Rationi huma-
Heidel- næ, quæ post regenerationem spiritualis facta est, & probat, non er-
berg. thesi rores Philosophiæ, sed vera principia de humani corporis proprijs
25, 26. essentialibus, quatenus verum testimonium creaturis perhibet, fidem
non derogamus.

CXXIX.

Et mox thesi proxima : Confutantia eorundem principia sunt,
1. contemptus rationis humanæ, quæ ut est radius divinæ sapientiæ,
ita cum sit post lapsum primorum parentum obscurata, postea tamen
gratiæ regenerationis efficacitate sit πνευματική seu spiritualis : quo
nomine ingrati hominis foret, eximium Dei donum vilipendere, &
tragicè exagitare.

Quasi

CXXX.

Quasi verò ista esset regenerata & spiritualis ratio, quæ verbis Christi adversatur, & quæ in sacra cæna panem solummodo & vinum adesse statuit, quæ Christi corpus, cum non cernatur, abesse arguit, quæ Christo cultum adorationis secundum assumptam carnem deneget, quæ majestatem ejus blasphemio ore infectatur, & sacramenta contumelia afficit. Idem enim non regenerati Turcæ, Iudæi, ethnici dicerent, ut ad Calvinianæ Theologiæ principia percipienda nulla opus sit regeneratione.

Regenerata Calvinianorum ratio adversatur Christo.

PAPISMVS XXI. CALVINIANORVM.

CXXXI.

XXI. Originis peccati.

DE morbo originis & concupiscentia olim scholastici & postrema hac ætate Pighius, Andræus & alij Pontificij Sophistæ statuunt, quòd non sit peccatum, cum in infantibus careat voluntate & assensu, sed quòd tantum sit quædam concitatio & *δῆμι* seu pulsus diversarum & contrariarum affectionum, quæ oriatur è contrarijs partibus & elementis, è quibus humanum corpus est compositum: ac fuisse illam diversorum affectionum pugnam etiam in homine ante lapsum, sed quia gubernata fuerit dono illo supernaturali Imaginis Dei in homine, ideo non fuisse peccatum, post lapsum autem ante regenerationem alio pacto dici peccatum non posse, quàm quòd careat illo freno & gubernaculo Imaginis Dei, per se tamen nec rem malam nec peccatū esse, et simul ac in regeneratione gratia Dei præveniente cohibeatur & repagulo spiritus constringatur nullam omnino peccati rationem habere. Hæc genuina est Pontificiorum de peccato originis sententia.

CXXXII.

In colloquio verò Marpurgensi anno 1529. ostensum fuit Cinglio, ipsum de originali naturæ corruptione publicis in scriptis asseruisse, quòd non sit peccatum, & quòd baptismus ad id non profit, ut peccatum originis infantibus remittatur. Quemadmodum Philippus in sua de eo conventu narratione ad Henricum Saxonæ ducem commemoravit.

CXXXIII.

Vsq; adeo verò hujus impiæ opinionis Calvinianos non pudet, ut

E 2

ut



nt Rudolphus Gualtherus eam quoq; Apologia defenderit, & in præfatione operum Cinglij ita excusarit: Locutum esse Cinglium de liberis Christianorum, non gentium. Quasi vero originali peccato soli infidelium non etiam fidelium liberi essent obnoxij?

XXII.
Indigni-
tas mini-
strorum
verbi.

PAPISMVS XXII. CAL-
VINIANORVM.

CXXXIV.

NEq; istud Calviniani inficiari possunt à pontificijs acceptum esse, quòd, eodem testante Philippo ad Iohannem Saxonie Electorè, Cinglius ejusq; socij Marpurgi asseruerint & pro argumento veræ præsentie corporis & sanguinis Christi in Sacra cæna adduxerint Ministrorum indignitatem. Sic enim tunc argumentati sunt. Magnum est miraculum, si corpus Christi dicatur in Eucharistia adesse: Quo modo igitur istud miraculum per malos sacerdotés fieri potest?

XXIII.
Fundamē-
ta Iesuita-
rum &

PAPISMVS XXIII. CAL-
VINIANORVM.

CXXXV.

Calvinia-
norum
contra
universa
le Christi
Dominii.

Sic etiam palam omnibus notum est, quòd è Pontificiorum & Scholasticorum doctorum lacunis Calviniani hauserint omnia penè argumenta, quæ opponunt universali Regno & Majestati Christi, in quam secundum humanam naturam euectus est, ut sub pedibus suis omnes creaturas in cælo & in terra habeat, & universa non solum in hoc, sed etiam in futuro seculo, nequaquam absens more terrenorum regum, sed præsens juxta rationem immensæ dextræ Dei moderetur. Vt enim in fingendo portentosæ ubiuitatis, quam illi sic nominant, monstro utriq; Calviniani & Iesuitæ jam olim conspirarunt: ita in Cadmeo bello, quod Throno Christi indixerunt, operas inter se communicant.

CXXXVI.

Pro immoto enim fundamento habent Calviniani, quo omni præsentiam corporis Christi impugnant, personamq; ejus dirimunt, quod è magistro sententiarum asserunt: Totus Christus est ubiq; sed non totum,

CXXXVII.

Eaq; Pontificia plumula Philippus etiam Melanchthon commenta-



mentarium suum in epistolam ad Coloss, exornavit. Sic enim scribit: *Totus Christus*
Citantur verba Augustini in Lombardo lib 3, distinct: 22. Non dimi- *Christus*
fit Patrem Christus, cum venit in virginem: ubiq; totus ubiq; perfe- *ubiq; sed*
ctus. Deinde additur forma sermonis: Vbiq; totus est, sed non to- *non totus*
tum.

CXXXVIII.

Notari vero hic debet, ista verba, totus adest, sed non totum,
merum esse commentum Lombardicum, quod in Augustino adeo
non reperitur, ut contrarium potius plurima ejus testimonia luce me-
ridiana clarius ostendant, qua de re alibi dictum est.

CXXXIX.

Huc verò etiam pertinent reliqua argumenta partim è scri-
pturis malitiosè detorta: partim è patribus per manifestam falsatio-
nem attracta & in subsidium desperatæ causæ adhibita, quæ magno
numero sunt in orthodoxo consensu, & apud Jesuitarum Coryphæ-
um Bellarminum, utrobiq; ὁμόθυρα, tomo primo controversiæ ge-
neralis 2. lib. 3. cap. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

P A P I S M V S X X I V .

CALVINIANORVM.

CXL.

XXIV.
Caput 6.
Iohannis.

QVod porrò Pontificij in disputatione & articulo de sacra cœna ad-
hibeant pro fundamento præcipuo caput sextum Iohannis, om-
nibus est notissimum. Sicut ea de re prolixè contra Lutheri, Che-
mnitij & nostrarum Ecclesiarum sententiam, quæ negat eo in loco
de S. Cœna agi, Bellarminus tom 2, controversi, generali tertia libro
3, cap. 5. 6. 7. disputat.

CXLI.

Inde Calviniani præcipuum suum argumentum, quo ab initio
Sacramentariæ contentions in hodiernum usq; diem nituntur, mu- *Lutherus*
tuati sunt. Quemadmodum Lutherus scribit: Alterum Sacramenta- *de verbis*
riorū præsidium, cui plurimum tribuunt, est in verbis Christi Ioh. 6. *cœna tom.*
Caro mea non prodest quicquam: de quo Oecolampadius gloriatur. *I. Vvit:*
quod æneus sit murus. Et sanè opus foret, rem istam ita habere. *Ve-german:*
rum si omnia sunt falsa, quæ difficulter creduntur, ut ipsi dicunt, cer- *fol. 141.*
te hoc ipsum quoq; , quod illi jactitant, de æneo suo muro, falsum
erit. Ego enim difficulter admodum assentior: Quin potius char-
taceus mihi murus iste videtur colore ferrum representans &c.

PAPISMVS XXV. IN THEO-
RIA CALVINIANA.

CXLII.

Lvdovicus Granatensis monachus Dominicanus tomo tertio concionum de tempore explicans evangelium de paralytico Matth. 9. de aliena fide ita disserit: Videns Dominus fidem illorum &c. quo in loco immensa Dei bonitas satis apparet, qui frequenter propter aliena merita miseris opitulatur. Vnde Ambrosius: Magnus Dominus, qui aliorum merito alijs ignoscit, & dum alios probat, alijs relaxat peccata. Et mox paucis interpositis: An non quotidie Ecclesie fides in Sacramento Baptismi regeneratis infantibus sufficit ad salutem? Si enim tanta Dei iusticia est, ut aliena labes nascentem puerum inficiat, cur non tanta sit ejus misericordia, ut aliena quoque fides & voluntas ei salutem conferat.

CXLIII.

Si evolvere singula in hac monachi oratione vellemus, quatuor gravissimi errores Anabaptistici in ea sese offerrent. Primum enim non obscurum est ex ijs, quæ supra de originali morbo dicta fuerunt, Pontificios non agnoscere ἀραξίαν, quæ viribus hominis statim ab ortu inest, pro peccato, Nam illam solummodo habent pro affectum quadam turbatione orta ex crasi diversorum humorum et qualitatum, Inde fit, ut interrogati, quo pacto infantes obnoxij sint peccato originali, imputatione alienæ culpæ eos reatui implicari dicant, quo pronunciato negatur peccatum originis in infantibus: Deinde negat hic concionator infantes etiam post perceptum baptismum habere propriam fidem. Tertio destruit efficaciam & virtutem Sacramenti. Quarto asserit infantes aliena fide & meritis gratiam Dei & æternam salutem consequi.

CXLV.

Eosdem verò Papisticos & Anabaptisticos errores Cingliani in hodiernum quoque diem mordicus tuentur. Nam Augustinus Marloratus eundem Matth. 9. locum explicans adducit Iohannis Calvini ejusmodi sententiam. Quæri hoc loco solet, quatenus hominibus proferat aliena fides? Ac primò quidem certum est profuisse Abraham fidem posteris, cum gratuitum salutis fœdus sibi & semini suo oblatum amplexus est. Idem & de singulis fidelibus sentire convenit, quod

quod
anteq
nond

nunci
erit, &
lis div

At
pistar
bus,
me

quod Dei gratiam fide sua ad liberos & nepotes propagent, etiam
antequam nascantur. Atq; id in pueris infantibus locum habet, qui
nondum per ætatem fidei sunt capaces.

CXLVI.

Quomodo hæc de aliena fide consentiant cum prophetæ pro-
nunciato: Iustus fide sua vivit, Habac. 2. Et justitia iusti super ipsum
erit, & justitia iniusti super ipsum erit Ezech. 18. & similibus oracu-
lis divinis, nunc quidem non possumus prolixè persequi.

Conclusio.

*Atq; hi quidē sunt Papismi Calvinianorum et Calvinismi Pa-
pistarum dogmatici in præcipuis Christianæ Religionis capiti-
bus. Quod ad præcticos attinet, quorum supra quoq; facta est
mentio, de illis alio tempore seorsim agetur: quemadmo-
dum etiam vsus tum præsentis tum subsequentis di-
sputationis breviter indicabitur. Nunc de
istis disseruisse sufficiat.*

Deo laus & Gloria.



liani in
Marlora
Calvini
minibus
Abrahæ
o obla-
venit,
quod

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Conclusio

Main body of faint, illegible text in the center of the page.

Deo laus & gloria

12

Excelsus, altissimus, etc.

D

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.

M. S. logia T

De reli

Exc



44 $\frac{5}{26}$

(X2010054)

22.



2

XV dogmatici,
CIO

TRABI

SANCTÆ MA-
MANÆ, QVAS
otuaginta retinent
ur,

Vitebergensi

S. THEOLO.
ce, de qua

ECTORALI STI-
o 1597 publicè



Æ,
mo 1597.



Farbkarte #13

B.I.G.

R
B
T

S A

M.

